



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Constitvtionibus. Titvlvs II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE SVMMA TRINI-  
TATE, ET FIDE  
CATHOLICA.

TITVLVS PRIMVS.  
CAPITVLVM VNIC.

Spiritus Sanctus eternaliter à Patre & Filio, tanquam ab uno principio & unica  
spiratione procedit. Ioan. Andr.

Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi.

**I**deli ac devota professione fatemur, quod Spiritus Sanctus eternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio: non duabus inspirationibus, sed unica inspiratione procedit: hoc professa est hæcenus, prædicavit & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, proficitur & docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra: hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum, pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irremediabilem præmissæ veritatis ignorantiam in errores vani sunt prolapsi: Nos huiusmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc sacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, eternaliter Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere: live etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus Sanctus ex & Patre & Filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat.

DE CONSTITVTIONIBVS  
TITVLVS II.

CAP. I.

Non constituto Principi tollit primam contrarium, quamvis id non exprimat. Speciales consuetudines, & statuta rationalia non tollit, nisi id exprimat. Ioan. Andr.

Bonifacius VIII.

**I**lect Romanus Pontifex (qui iura omnia in sermone pehoris sui censetur habere) constitutionem & condendo posteriori, priori (quamvis de ipsa mentionem non fiat) revocare noscatur. Quia tamen horum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta, (cum sint facti & in factis consistant) præsertim probabiliter ignorare. Ipsis (dum tamen sint rationabilia) per constitutionem à se noviter editam (nisi expresse caveatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare.

CAP. II.

Non sunt dicta. Primum, quod statuta ordinario non legem probabiliter ignorant. Secundum, quod statuta Episcoporum non sunt diocesani subditum non ligat. Ioan. Andr.

Idem.

<sup>a</sup> Papa cogitur confiteri. Do. & infidelis deponitur. xl. distin. si Papa per glossam Magistri & ibi Doct. Theologus lib. 1. sent. 11. & 12. in 2. q. 1. art. 2. & 4. b. aliter à Patre. c. Quæ dicitur quasi commune statutum, & verbum statuti respicit sui scripturam. dist. 4. non itaq. secundum Anb.

DE RESCRIPTIS.

TITVLVS III.

CAP. I.

Rescriptum impetratum ab excommunicato, est ipso iure nullum, & inde factum: nisi in causa excommunicationis vel appellationis. b. d.

Gregorius IX.

**I**psa iure rescriptum, vel processus per ipsum habitus non valeat, si ab excommunicato (super alio quam) excommunicationis vel appellationis articulo fuerit impetratum.

CAP. II.

Ter clausulam, quidam alii, possunt sibi quatuor conveniri, quorum nomina in primo citatorio exprimentur, ne variationi sit locus. Ioan. Andr.

Innocentius III. in concilio Lugdunensi.

**C**um in multis juris articulis infinitas reprobetur, providè duximus statuendum, ut per illam generalem clausulam, quidam alii, quæ frequenter in literis nostris inseritur, ultra tres vel quatuor in iudicium non trahantur. Quorum nomina in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi forsitan relinquatur, si circa ea possit libere variare.

CAP. III.

Si actor contrarietatem super pluribus personarum literas impetret ad diversos, non vultens literas, nec processus earum: & res contentiones in expensis. Et idem in eo conveniens vel reconveniens ad eorum, eodem durante iudicio. b. d. Ioan. Andr.

Idem in eodem.

**D**ispensatio litium æquitatis compendio volentes, qua possimus industria coarctare, statutum felicis recordationis Gregorii Papæ noni prædecessoris nostri, super hoc editum amplantes: Decernimus, ut si quis contra alium plures personales movere voluerit questiones, non ad diversos iudices, sed ad eundem super omnibus huiusmodi questionibus literas studeat

<sup>a</sup> Doct. hic not. quod laici ligantur statuto Episcoporum in favore animæ facti. c. novus. de iudic. c. inter. de purg. can. Font.

Cccc